



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 4. Lusatia, la Lusace.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

	Bruna: <i>Brin</i> , Bohæmis <i>Brno</i> , ad Fl. <i>Suartzahē</i> , quibusdam Metropolis, in ea domus, quæ regionis dicuntur, in quâ Comitia celebrantur.
C I-	Znoymum: <i>Znaim</i> , vrbs regia ad Fl. <i>Tein</i> , seu <i>Teie</i> .
	Gihloua: <i>Iglauu</i> , vrbs quoque regia ad Fl. <i>Iglam</i> .
	Treboua: <i>Tribau</i> .
DEN-	Presnitia: <i>Presnitz</i> , à Gabore ante aliquot annos occupata.
	Viskouia: <i>Viskou</i> .
	Slaukouia: <i>Austerlitz</i> .
	Canitia: <i>Kaunitz</i> , cum suo castro.
T A-	Kygouia: <i>Geyen</i> .
	Hodoninga: <i>Goding</i> , vrbs munitissima ad Moraum.
L I S	Fanum S. Nicolai: <i>Niclausbourg</i> , aliter <i>Nichspurg</i> , in monte & in limite Austriaco, ad quam caput Anabaptistarum diu vixit.
	Miseritia ad Oslauam Fl. <i>Meseritz sur l'Oslau</i> .
	Hradista: <i>Hradisch</i> , & <i>Hradisse</i> , in Insulâ Moraui Fluuij.
O-	Hranice: <i>Vviskirch</i> , ad Fl. Bezzunam.
RIEN-	Littouela: <i>Litta</i> , ad Fl. Moraum.
	Nouostadium: <i>Neuustad</i> , vrbs regia.
T A-	Godstena: <i>Godstein</i> , in limite Bohæmico ad montes.
L I S	Meſeritia ad Bezzunam Fl. <i>Meseritz sur le Bezzum</i> .
	Holoskouia: <i>Holoskou</i> .
	Fristachum: <i>Fristach</i> .
	Veselia: <i>Veseli</i> , ad Moraum, vbi multis Insulis implicatus eluetatur iste fluuius.

§. 4. *Lusatia la Lusace, Germanicè Laufnitz.*

	BVBESIA, seu Budissina: <i>Bautzen</i> , ad Sueuum Fl. vulgo Sprée, vbi prorex degere solet.
SVPE-	GORLITIVM: <i>Gorlitz</i> , à quibusdam credita primaria, munitissima ciuitas ad Fl. Nissam inter paludes sita: Academiam illustrem habet. Adiacet vrbi mons Landtzkron, specula regionis.
	Moska caput Comitatus, castrum in rupe: <i>Moska</i> .

Q iii

	Richenbachium : <i>Richenbach.</i>
RIOR	Zittauum : <i>Zittau</i> , oppidum permunitum ad Nissæ Fl. ferè initia.
	Lauba : <i>Lauben</i> , ad Fluuiolum <i>Lauben</i> , qui mox cedit in <i>Queiss.</i>
Haute	Camentium : <i>Camenez</i> , locus satis munitus.
Lusace.	Libauia : <i>Libau</i> , aliter <i>Lieba</i> , ad Fluuiolum <i>Liebesch.</i>
	Coninsberga : <i>Kinsberg</i> , seu <i>Konigsbrak</i> , ad Fl. <i>Polnitz</i> , Comitatus caput in Misniam inserti, aut eiadiuncti.
INFE-	ZDIARVM, seu Soraua, <i>Sorauu</i> , versus Saganum, Me-
RIOR	tropolis huius tractus.
	Guba : <i>Guben</i> , ad confluentias Nissæ & Lupæ.
	Cotbusium : <i>Cotbus</i> , ad Fl. <i>Sueuum Spée.</i>
Basse	Forstia : <i>Forß</i> , vrbeula in Insulâ Nissæ Fl.
Lusace.	Sommerferdia : <i>Sommerferd</i> , ad initia Fl. Lupæ.
	Spremberga : <i>Spremberg</i> , in Insula Fluuij <i>Sprée.</i>

C A P V T XVIII.

Magna Saxonia in genere.

QUOMODO aliàs dicti fuerint Saxones in antiquâ Germaniâ notauimus : in præsentia obseruabimus, ita dictos videri à Saxonibus populis Scythiae, qui è suis regionibus digressi & Asiam, Europamque peruagati ibidem quievisse creduntur : non desunt autem qui à Saxis propter asperitatem, aut à Gladiolis quos patriâ linguâ *Saxa* vocabant nuncupatos esse arbitrentur, vt multas alias fabellas hic omittam. De iis legatur Albertus Kranzius sub initium suæ *Saxoniæ*, & Nicolai Cisneri ad eundem præfatio, vbi de Saxonum moribus, atque republicâ multa leges. Hoc tempore viño & ebrietati deditissimi sunt; equites ferocissimi. Iure suo vtūtur quod Saxonum nuncupatur, ex quo etiam aliquid Poloni, Silesij, & Lithuani decerpserunt. In *Saxoniâ* iam rerum potiuntur sequentes Principes, quos tibi proponere, & singulos ad suas familias reuocare studuimus, quoniam hinc ambages multæ & tenebræ rebus Geographicis offunduntur.